



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvum Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

13 Communicans cum excommunicato denunciato in ijs, quae ad salutem spectant, non est excommunicatus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13903**

## DECISIO XII.

**V**icarius Generalis episcopi, qui ob pretenfam inno-  
tationem excommunicatus, & nominatim declaratus  
est, a qua declaratione appellauit, cum eodem Episcopo  
communicans in actis, quæ episcopus innotando fecisse  
dicitur, nec excommunicandus est, nec euitandus; non  
solum ex eo, quod excommunicatio Episcopo, non cen-  
setur excommunicatus Vicarius eius, c. r. de offic. vica. in 6.  
sed etiam quia Episcopus appellauit a declaratione, qua  
excommunicatus declaratus fuit, vnde & ipsa declaratio  
suspensa fuit: quamuis enim excommunicatio per appel-  
lationem non suspenditur, c. is qui, de sent. excom. in 6. &  
gl. in c. cupientes, de elect. in 6. declaratio tamen, qua quis  
in excommunicationem incidisse declaratur, per appella-  
tionem suspenditur, vnde talis Episcopus nec alios vitare  
nec alij illum vitare tenentur, lite super declaratione du-  
rante.

## DECISIO XIII.

*Ex conf. 13. alias 13. de heret.*

**E**xcommunicans cum heretico excommunicato de-  
nunciato in ijs, quæ ad animæ salutem pertinent, & ad  
aliqua alia incidenter, quæ vt magis proficiat, inten-  
ta sunt, c. cum voluntate, de sent. excomm. nullam censu-  
ram etiam excommunicationis minoris incurrit: sed ne-  
que aduocatus pro consilio ab heretico pecunias acci-  
piens, excommunicatus est, c. Non liceat, 11. q. 3.

## DECISIO XIV.

*Ex conf. 14. alias 14.*

**E**piscopus pauperes mendicare non assuetos, ab excō-  
municatione Papæ reseruata absoluere potest, Arg. c.  
quod de his & c. quauis, de sent. excomm. & c. eos,  
tit. eod. in 6. & sic absoluti ab Episcopo propter impedi-  
mentum veniendi Romam, ad veniendum postea Ro-  
mam non sunt obligati.

## DECISIO XV.

**Q**ui propter impedimentum veniendi Romam a  
percussione clerici absolui potest, etiam a quacun-  
que alia excommunicatione reseruata pari ratione  
absolui poterit.

## DECISIO XVI.

*Ex conf. 15. alias 11. de priuileg.*

**F**acultas concessa Episcopis absoluendi ab hæresi in  
foro conscientie tantum à Concilio Tridentino, sess.  
24. c. de ref. per Bullam Cæne Domini, ibi, [Ac cuius-  
uis Concilij decreta,] abrogata est: Et potestas data olim  
a Concilio vt postet Episcopus ab ea in foro conscientie  
absoluere, absoluto, quoad forum exterius nihil prodesse  
potuit; in hoc enim foro, perinde se habuit, ac si absolutus  
non esset. Potuit autem episcopus ab excommunicatione  
ob hæresim incurta extra confessionem sacramentalē ab-  
soluere, data ei facultate, vt ab alio in foro conscientie, &  
sacramentali absolueretur.

## DECISIO XVII.

*Ex conf. 16. alias 42.*

**E**piscopus, vel Vicarius generalis, qui aliquem in ex-  
communicationem Papæ reseruata incidisse decla-  
rat, ei facultatem audiendi Missas, & officia diuina, &  
communicandi cum alijs, dare non potest.  
[ Consilium decimum septimum, quia idem omnino  
est cum illo secundo de conditionibus appositis, lib. 4. titu-  
4. hoc in loco omisum est, ne frustra bis repetatur. ]

## DECISIO XVIII.

*Ex conf. 18. alias 45.*

**D**elatus excommunicatus ab Auditore Rotæ, & de  
consensu Procuratoris aduersarij absolutus a Nuncio  
Sedis Apostolicæ ad certum tempus, dicente habere facul-

tatem absoluendi illum auctoritate Apostolica debitis cir-  
cumstantiis obseruatis; si sic absolutus intra tempus illud  
celebrat, in excommunicationem non incurrit, & fructus  
beneficii facit suos; cum legati facultatem absoluendi, sal-  
tem ad tempus, in huiusmodi casibus propter absentiam  
eius, ad quem pertinet absolutio, habere soleant; c. eos, idē  
statuimus, de sent. excom. in 6. & Nau. in Man. c. 27. num.  
46. Auctoritas autem Nuncij dicentis se facultatem illam  
habere, & facientis facultatem celebrandi per tempus ab  
eo præfixum, iusta causa est cur alter se bene absolutum ef-  
se credat, & quod celebrare possit, & etiam a dolo & con-  
temptu excusetur, sine quo irregularitas non incurritur.  
Pan. in pastoralis. de appell.

## DECISIO XIX.

*Ex conf. 10. alias 10. de verb. sign.*

**E**piscopi contra officiales, & Nuncios sedis Apostoli-  
cæ, sine Papæ licentia procedere, aut vllam in eos cē-  
suram ferre, non possunt. Extr. cum Mattheus, de  
heret.

## DECISIO XX.

*Ex conf. 20. [alias] 9.*

*22. deest in nouis.*

**E**xcommunicatio in vniuersum Capitulum, non sim-  
pliciter, & absolute sed eum conditione lata, & etiam  
in singulos eius Canonicos, qui culpabiles forent, cul-  
pa mortali ligat, c. Romana, §. vniuersitatem, de sent. exc.  
in 6. suspensio capituli non censetur singulares eius sus-  
pensi, nisi culpabiles sint, etiam si sit suspensio ab ingressu  
ecclesiæ, ex Nau. in Man. c. 27. num. 152.

## DECISIO XXI.

*Ex conf. 21. alias 1. de dolo, & cont.*

**I**ntimatio facta Canonicis non congregatis in Capitu-  
lo, nec in alio loco legitime vocatis prout requiritur ad  
hoc, vt Capitulum faciant, ex Fel. in c. eam te, de refer.  
nec legitima est, nec pro tali habenda, nisi clausula apposi-  
ta, si non pater turus ad Capitulum accessus, vel nisi Capitu-  
lum intimationem impediat, nec ad penas incurtendas  
sufficit.

## DECISIO XXII.

*Ex conf. 23. alias 57.*

**C**ollationes beneficiorum factæ a Capitulo suspensio,  
& non declarato, validae sunt, cum legitima declara-  
tio ad incurtendas penas, etiam ipso iure incurtus, requi-  
ratur; Gl. in cle. 1. de cens. & Fel. in c. Rodolphus, de refer.  
maximè cum gesta à Capitulo etiam suspensio fiant tan-  
quam a persona publica, cuius gesta valent, donec tolera-  
tur, c. Ad probandum, de re iudic.

## DECISIO XXIII.

*Ex conf. 24. alias 7.*

**E**xcommunicatio contra Capitulum, vel Collegiū ab-  
solute lata, nihil addito de singularibus eorum, nulla  
est, c. Romana, §. vniuersitatem, de sent. excomm. in 6.  
secus autem si contra Capitulum, & singulos culpabiles fe-  
ratur, tunc enim culpabiles mortaliter ligat, quamuis non  
culpabiles venialiter solum; Nemo enim excommunica-  
tionem generaliter latam, nisi ob culpam mortalem in-  
currit, c. Nullus, 11. q. 3.

## DECISIO XXIV.

**C**anicus mortaliter culpabilis, Collegij, vel Capitu-  
li excommunicati cum singularibus culpabilibus, ce-  
lebrando irregularis efficitur, c. clerici, lateres, & c.  
si celebrat de cleric. exc. ministr. poterit tamen in loco sa-  
cro sepeliri, si denunciatus non fuerit; quia nemo excom-  
municatum viuum, aut mortuum, si denunciatus non fue-  
rit, vitare tenetur; vt habetur per Extr. ad euitada. Mar-  
tini V. & per Nau. in Man. c. 27. nu. 35. ipse tamen vitans,  
alios